

**4287** (*dea turrim in capite gestans, d. gubernaculum, s. cornu copiae, stans inter duos leones*) I. o. m. II. | conservatori | imperii | d. n. Gordiani | Pii fel. invicti Aug., | L. Trebonius Fab. | Sossianus, | colonia Heliupoli, | 7 frum. leg. III Fl.<sup>1</sup> | Gordianae, | p. p.

*Romae rep. in Ianiculo (VI 423 vidit Henzen).* Fortasse iuxta positus fuit titulus deae Syriae, ad quem pertinere debebat anaglyphum. — 1) Centurio frumentariorum legionis quartae Flaviae. Idem Trebonius Sossianus imperante Philippo, in vico illo Arabiae, ex quo oriundus erat Philippus, fratri eius Prisco titulum posuit quem nuper edidit Domaszewski (Rhein. Mus. 1899 p. 159).

*Titulum Iovi Heliopolitano positum Romae a vexillatione alae Ituraeorum dedimus supra N. 2546, alium Iovi Heliopolitano et simul Commodo imperatori dedicatum supra N. 398.*

**4288** I. o. m. Heliopolitán. | et Nemauso<sup>1</sup> | C. Iulius Tib. fil. Fab. | Tiberinus p. p.<sup>2</sup>, domo | Beryto, vótum solvit (*in basi: cista. In latere dextro: clipeus; pugio?* In latere sinistro: Iuppiter Heliopolitanus, d. flagellum, s. spicas tenens; capiti calathus floribus margaritisque ornatus impositus est; pone pedes eius animal humi iacet).

*Nemausi, cippus litteris saeculi secundi exireuntis (XII 3072 vidit Hirschfeld; lateris sinistri imaginem dederunt Lenormant Gazette archéol. 2, 1876 tab. 21 cf. p. 80 et ex hoc Wolters American journal of archaeology 6, 1890 p. 67). Heliopoli in templo esse simulacrum aureum Iovis specie imberbi, deaera elevata flagrum tenens in aurigae modum, laeva fulmen et spicas, narrat Macrobius sat. 1, 23, 12. De similibus simulacris Iovis Heliopolitani egit etiam Gurlitt arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 14, 120 seq. — 1) Nemausi dei alias titulos infra dabimus inter titulos numinum Galliae. — 2) Primipilaris.*

*Titulum quem cultores Iovis Heliopolitani Berytenses qui Puteolis consistebant Puteolis posuerunt anno 116, habes supra N. 500.*

**4289** [ex] iussu I. o. m. Heliopolitan[i] . . . | [aede]m dilapsam M. Ulpius Sabinus aeditus m . . .

*Puteolis (American journal of archaeology ser. II t. 2, 1898 p. 374, 2).*

**4290** ex iusso I. o. m. He[ll]io|politani<sup>1</sup> Aur. T[h]eodo|rī (sic)<sup>2</sup> sacerdoti filio curator. | tempuli Geremeiensium<sup>3</sup>, | ad ampliante donis tor|quem et velum sac. | [et]<sup>4</sup> lucophori<sup>5</sup> de suo posuerunt, | curante Acilio Secundo Trotomias !!!!!!!<sup>6</sup>

*Neapoli, sed pertinet ad Puteolos, litteris barbaris nec satis perspicuis (X 1578 vidit Mommsen). — 1) Heiopol-, 2) Tileod- exceptit Momms. (Heliopol-, Theod- plerique priores). — 3) Geremelienses sive Geremellenses praeterea ignoti, nomen videtur esse Syrum, cf. Gildemeister Zeitschrift der deutschen morgenländ. Gesellschaft 23 (1869) p. 453. — 4) Sic videtur legendum esse (FI pro ET exaratum est). — 5) Daduchos esse putaverunt nonnulli, negat Mommsen. — 6) Nonnulla erasa.*

**4291** hic ager iug. VII, cum cisterna | et tabernis eius, eorum possessorum | iuris est qui in cultu corporis Heliopolita|norum sunt eruntve, atque ita is accessus iusq. esto per ianuas itineraque | eius agri qui nihil adversus lecem (sic) | et conventionem eius corporis facere | perseveraverint.

*Casertae olim, nunc Neapoli: Puteolis oriundam putat Mommsen (X 1579 vidit Mommsen).*